



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

295. De Barabba latrone, qui à populo præpositus Christo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO CCXCV.

*De Barabba latrone, qui à populo
prepositus Christo.*

I. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos,
volens dimittere IESUM. *Luc. 23. v. 20.*
Quem vultis vobis de duobus dimitti? *Mat-*
thae 27. v. 21. Clamaverunt ergo rursum
omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam.
Ioan. 18. v. 40. Dicit illis Pilatus: Quid
igitur faciam de IESU, qui dicitur Christus?
Dicunt omnes: Crucifigatur. *Matth. 27.*
v. 22. Succlamabant dicentes: Crucifige,
crucifige eum. *Luc. 23. v. 21.*

II. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid
enim mali fecit iste? nullam causam mortis
invenio in eo: corripiam ergo illum, & di-
mittam. At illi instabant vocibus magnis,
postulantes, ut crucifigeretur; & invalesce-
bant voces eorum. *Luc. 23. v. 22, 23.*

III. Et Pilatus adjudicavit fieri petiti-
onem eorum. *Luc. 23. v. 21.* Tunc dimisit
illis Barabbam. *Matth. 27. v. 26.*

MEDITATIO CCXCVI.

De flagellatione Christi.

I. Pilatus volens populo satisfacere, dimi-
sit